



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Quomodo licetè pensio recipiatur cap. 83.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

soluendo pensionem quinque annorum non potest cōmutari cum beneficio, & iure ipso perditur per matrimonium, licet alicubi consuetudo sit in contrarium, sed perperam, & tales pensionarios obligauit Pius V. ad recitandas horas B. Virginis.

Quomodo licetē pensio recipiatur. Cap. 38.

AD pensionem, ut licetē possit percipi, tria requiruntur.
* Primum. Papæ dispensatio, quam nullus alias prælatu-
dare potest. * Secundum, Causa legiti-
ma. Papa namque non est bonorum Ecclesiæ Dominus, sed di-
spensator: ideo si nō adsit legitima
causa, pensionarius non est tunc
in conscientia, causæ autem huius
rei legitimæ plures sunt. Prima-
quando aliqui de beneficio litigant
& interim Ecclesia priuatim min-

stro, nam tunc beneficium datur
habenti maiorem iustitiae rationem,
pensionem alteri assignando. *Se-
cunda, in beneficiorum permuta-
tione, in qua qui habet pinguis
dat ex dispensatione pensionem
illi, cui minus pingue contingit.
*Tertia causa est ministerium ali-
quod temporale ecclesiæ exhibitum.
*Quarta, ministerium spirituale.
*Quinta, ut detur de ecclesia bene-
merito, ut magistris & conciona-
toribus. *Sexta ut studentibus &
futuris ministris ecclesiæ, ut prepa-
rentur. *Septima Paupertas laico-
rum, cui tam illa clericorum præ-
terenda est. Demum causa pensio-
nem debet esse pia, & in commo-
dum Ecclesiæ. Modus autem in
illæ etiam requiritur, nempe ut no-
n sint nimis pingues, & tertiam be-
neficij partem ad summum non
excedant, ac deinde ut non ita cu-
mulentur pensiones eidem, ut ho-
minis decentem sustentationem

excedant. Vnde turpis abusus videretur in multis, inquit Toletus, qui supra conditionem & merita pluribus onerantur pensionibus,

Quid sit simonia, & quale peccatum. Cap. 84. & 85.

Simonia est "studiosa voluntas contractandi pretio rem spiritualem. Spiritualia sunt in quadruplici differentia, quædam essentialiter, ut virtutes & dona Spiritus sancti, quædam causaliter, ut septem Ecclesiæ Sacra menta. Aqua benedicta, Cathechismus, Exorcismus, & Chris matis confirmationis, quæ sunt causa prædictorum. Quædam effectuè, ut concionare, cantare in choro, sepelire mortuos &c. quæ sunt operationes à spiritu huius potestate procedentes, & in Deo ordinata. Alia ex quadam coniunctione, cum rebus spiritualibus, quæ